



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

XXVI. Sequitur praestaria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

tos, libertas, cum omni peculiari & merito eorum, ad jam dictum monasterium à die præsenti per meam epistolam confirmavi, & vos omnia suprà memorata vel quantum ipsa epistola commemorat, per meam traditionem ad partem jam dicti monasterij in vestro jure vel potestate recipiſtis; sed dum postea mea fuit petatio vel supplicatio, & vestra præſtitum bona voluntas, ut ipsa res, quandiu advixero, per vestrum præſtitum beneficium tantummodo uſufructuario ordine habeam vel posſideam, eo videlicet modo ut quicquam exinde minuendi aut distrahendi aut alienandi non habeam potestatem. Quod si fuerit, quod abſit, aut ego ipſe, aut aliquis de heredibus meis, vel quilibet qui in aliqua contrarietate aut diminutione seu calumnia orta fuerit aut surrexerit, aut ad eſte conatus fuerit, in primis ipsa res amittat, & Abbas monasterij vestri eas ad integrum recipiat, infuper & alias tantas res partibus ipsius monasterij componere & adimplere faciat. Et quia censilis me annis singulis pro ipsis rebus in festo sancti illi. argenteum vel quilibet solvere faciam, si de ipso censu ad eum placitum negligens fuero, spondeo ut ipsum in duplum solvam. At dum hec omnia suprà memorata in libata servavero, nec vos nec juniores aut successores vestri de ipsis rebus ullam diminutionem vel contrarietatem, si spatium vitæ Dominus mihi prolongare dignatus fuerit, facere præsumatis. Post meum quoque discessum omnes ipsa res, cum omni addita melioratione vel omnibus suppositis, cum omnibus rebus atque corporibus, opibus atque præſidiis, absque ullius judicis aut heredum meorum expectata confignatione aut traditione vos aut agentes vestri jam dicti monasterij vestri in eorum faciant revocare vel recipere dominationem vel potestatem, sicut eorum continet epistola, perpetualiter faciendo quod egerint.

*Sequitur prefataria.*

X X VI. In Dei nomine ille Abba & omnis congregatio fratrum nostrorum aut monachorum in monasterio illi. Domino deservientium, in Christo filio illo. Dum tua fuit petatio vel supplicatio, & nostra decretiv voluntas, ut præſtitum beneficium de rebus nostris tibi facere debemus, quod ita & fecimus, que sunt in pago illi. in condita illa, in loco qui vocatur sic, queru tu aut illi. per epistolam donationis à die præsente ad jam dictum mona-

sterium nostrum illi. confirmavit, id est, mansum cum caſa, vel alias terras, vel quantum ipsa epistola continere videtur, ut quandiu advixens, aut ad v. aut x. aut x v. annos ipsa res uſualiter habere & posſidere vel excolare debeas, at nihil exinde minuendi aut alienandi vel detrahendi aut in pejus vertendi non habeas potestatem, neque transferendi quicquam, quod siveceris, aut in alio contrario aut iniquo ingenio vel contrarietate aut triplex aut aliquilibet homo de ipsis rebus adesse aut adſtare conatus fuerit, in primis ipsa res amittas vel perdas, & alias tantas vel tales partibus jam dicti monasterij componere & solvere facias. Et censuſis de annis singulis pro ipsis rebus in festo sancti illi. ceram aut argenteum tant. partibus ipsius monasterij solvere facias. Et si de ipso censu negligens fueris, ipsum duplum reddas, & hac præſtaria nostra usque ad eum placitum firma permaneat, stipulatione subnixa. Acta ibi, & reliqua.

*Alia precaria.*

X X VII. Domino sancto & apostolica fede colendo Domino & in Christo patri illi. ego illi. & conjux mea illa. Pluribus non est incognitum qualiter propter nomen Domini ad Ecclesiam illam in honorem sancti illius villam nostram nuncupatam illi. sitam in pago illi. per epistolam cessionis viſi fuimus concessisse, etiam vos ad partes suprascriptas Ecclesiae recepisse. Sed dum postea nostra fuit petatio, & vestra benevolentia & pietas, ipsam villam, dum ad vivimus, aut qui parte sua ex nobis superstes fuerit, dum ad vivit, nobis ad beneficium uſufructuario ordine excolendam tenere permisistiſtis, ea scilicet ratione ut nihil exinde penitus de qualibet re alienandi aut minuendi pontificium non habeamus, sed absque ullo preſudicio suprascriptæ Ecclesiae vel vestro eam tantummodo excolare debeamus, ideo hanc precariam vobis emittimus, ut nullo unquam tempore nostra poſſello, etiam si spatium vitæ nobis Dominus prolongaverit, nullum preſudicium aut diminutionem aliquam de ipsa villa vobis generare non debat, niſi uſi tantum, dum ad vivimus, habere debeamus. Et post nostrum amborum discessum, cum omni re meliorata, quicquid ibidem undique ad trahere aut meliorare poterimus, per hanc precariam, ac ſi ſemper per quinque annum renovata fuifſet, abſque ullius judicis aut heredum nostrorum exspectata traditione vos